Quelle: https://manuscripta.at/?ID=37127
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



119

patre dilexisset suos qui erant in mundo in finem dilexit
eos Et cena facta cum diabolus iam misisset in cor vt tra
deret eum iudas simonis scariothis sciens quia omnia dedit
pater in manus eius et quia a deo exiuit et ad deum vadit surgit
a cena et ponit vestimenta sua Et cum accepisset linteum
praecinxit se Deinde mittit aquam in pelvim et coepit lauare
pedes discipulorum et extergere linteo quo erat praecinctus
Venit ergo ad simonem petrum Et dicit ei petrus Domine tu mi
hi lauas pedes: Respondit iesus et dixit ei Quod ego facio tu
nescis modo sciens autem postea dicit ei petrus Non lauabis
mihi pedes in aeternum Respondit ei iesus Si non lauero te non
habebis partem mecum Dicit ei simon petrus Domine non pe
des tantum sed manus et caput Dicit ei iesus Qui lotus est non indiget
nisi vt pedes lauet sed est mundus totus Et vos mundi estis sed non
omnes Sciebat enim quisnam esset qui tradiret eum propterea dixit non
estis mundi omnes Igitur postquam lauit pedes eorum et accepit
vestimenta sua et cum recubuisset iterum dixit eis
Scitis quid fecerim vobis: Vos vocatis me magister et domine et
bene dicitis sum etenim Si ergo ego lauo pedes vestros dominus
et magister et vos debetis alter alterius lauare pedes Exem
plum enim dedi vobis vt quemadmodum ego feci vobis ita et vos fa
ciatis Offertorium de pascha Secreta Ipse est dies sacer pascha
de qua dominus noster tradidit corporis quod discipulis suis mi
sterium quia hoc fiet hodiernum iudicium meum
sumite populi et estote filii tui domini nostri Iesu Christi Per eum agnum

Communicantes et diem sacra
tissimum celebrantes quo dns
noster iesus xps pro nobis tra
ditus est me. Hanc igitur obla
tionem seruitutis nre. sed et cunctae
familiae tue quam tibi offerimus